

## 1088. VORLÄUFIGER ARBEITSTITEL: DELINEATIO ACCESSUS SUI AD ANALYSIN NOTIONUM

Vorläufige Datierung: [1690 bis 1694]

**Überlieferung:**

5 L Konzept: LH XLI 10a Bl. 1. 1 Bl. 2°. 2 S. halbbrüchig beschrieben.

bearbeitet von Henrik Wels

[Anhaltspunkte zur Datierung:] Aufgrund des Wasserzeichens sowie aufgrund der erwähnten Überarbeitung (*juvenile opus nunc reformo*) der *Dissertatio de arte combinatoria* dürfte unser Stück aus den frühen 90er Jahren stammen. Vielleicht war es der unerlaubte Nachdruck der *Dissertatio de arte combinatoria*, der  
 10 1690 in Frankfurt erschien, der in Leibniz den Wunsch aufkommen ließ, die *ars combinatoria* zu überarbeiten. So schrieb er im Dezember 1691 an Adam Kochanski: »Schediasma Artis Combinatoriae olim ab Adolescente primum editum anno 1666; me prorsus ignaro nuper recusum est nihilo auctius. Si me consulisset Bibliopola editurus multa mutassem in melius, sed homo suavis ne id quidem in edendo admoneri curavit editionem esse novam libelli tot ante annos editi.« (I, 7 N. 267, S. 485).

15 [Thematische Stichworte:] alphabetum cogitationum; alphabetum mentis

[Einleitung:] —

Felicitate singulari vel ut verius dicam divina quadam gratia contigit, ut a prima aetate mihi non vulgares proficiendi occasiones nascerentur, et cum in publicum prodire ausus sum, adolescentiae conatus magnorum virorum favorem haberent. Intus vero agitator quidam genius  
 20 inquirendi aviditatem faceret ingenerata dulcedine cognoscendi; quam deinde nunquam abolere potuerunt illae picturatae mortalium curae, illi affectus consuetudinis contagio invalescentes, quibus humanae mentes a vera vita ad rerum umbras transferuntur. Attingere ista de me ipso, dum juvenile opus nunc reformo, spero magis aliis usui, quam mihi fraudi fore; nam et

17 gratia (I) mihi (2) contigit L 17 prima (I) infantia |(2) aetate *ers.* | L 18f. sum, (I) adolescentia (2) adolescentiae L 19 conatus (I) summorum |(2) magnorum *ers.* | L 19 virorum (I) applausum |(2) favorem *ers.* | L 19 haberent. (I) Vix |(2) Infans *ers.* | legendi compos naturali impetu in (a) lectio (b) historicorum (3) Inf (4) Vix non infans, ubi primum legendi compos (5) Tum intus (6) Intus vero agitator (a) genius (b) quadam cogno L 20–23 cognoscendi; (I) quod (a) m (b) atti (c) explicare paulo uberius (2) nunquam illis (a) ⟨-⟩ (b) curis (3) quam (4) deinde (5) quam ... | picturatae mortalium *erg.* | curae (a) illas (b) illi affectus (aa) ⟨ex⟩ (bb) ⟨-⟩ ⟨ex⟩ (cc) ⟨aucti⟩ (dd) consuetudinis ... ipso L 23–S. 108801.1 et (I) nomen me constat (2) jactantiae ... nomen L

23 juvenile opus: vgl. LEIBNIZ, *Dissertatio de arte combinatoria*, Leipzig 1666.

jactantiae facile absolvant, quibus constabit me nomen (plerumque dissimulatum) habuisse magis quam quaesivisse et credo aliqua in his prodesse posse, ad excitandas juvenum mentes, quibus sorte nascendi aut educatione erecta ingenia et nobiles stimuli contingere, nec animum fortuna serviendi necessitate depressit.

Vix non infans, et aegre legendi compos in historias impetu rapiebar, vernaculas primum; 5  
sed cum forte in Livium incidissem, latinum, at picturis qualibuscumque invitantem, tentavi legere inter ipsa linguae rudimenta, et saepe versatum tandem utcumque per me intellexi juvante se contextu sermonis, etsi ad lexicorum usum patientia deesset. Ea res cognita amicis domesticam bibliothecam aperuit, invitis praeceptoribus qui nescio quam studiorum confusione verebantur. Tum ego, ut solemus vetitis avidius frui, saepe inter libros abditus, explebam 10  
animum varietate rerum, effeceramque paulatim, ut insigniores veterum, jam propius et velut de facie nossem, nec hospes essem in nostris. Haesit ab eo tempore cura noscendi autores meliores, tanquam inventaria rerum sedesque humani profectus. Interea versa non minus quam prosa oratione non infeliciter satisfaciebam consuetudini scholasticae; nascentibus sponte verbis cum rerum copia; et memini aliquando trecentos hexametros in panegyri recitandos una 15  
die effusos, sine elisione omnes, veniamque censorum meritos, dum quod per jocum in me receperam, puerili fatear affectatione, serio conor. Scio multos spernere haec studia, sed progressu comperi nihil horum non prodesse nisi nimis occupet. Hactenus non nisi jucunda inspiciebam, aut certe ut ferebat impetus cum ecce eo provehor in triviali schola, ut logicam quandam pro more explanari audirem. Ego qui tricas illas antea eminus exhorrueram, nunc ubi 20

1 (plerumque dissimulatum) *erg. L* 2 et (1) spero | (2) credo *ers. | L* 2f. ad (1) excitandos animos (2) excitandas juvenum mentes, | me superiorum *erg. u. gestr. |* quibus *L* 3 quibus (1) vel (2) sorte *L* 3 nascendi (1) aut (a) prob (b) felici (2) et (3) aut (a) proba (b) educatione *L* 6 in | celeberrimum (1) lat (2) rerum Romanarum s *erg. u. gestr. |* Livium *L* 6 latinum, (1) sed | (2) at *ers. | L* 6 qualibuscumque *erg. L* 6f. tentavi (1) legere (2) inter *L* 7 tandem (1) intellexi pleraque (2) pleraque per me (3) utcumque per me intellexi *L* 8 sermonis, (1) sine pati (2) nu (3) sine patientia (4) etsi non (5) etsi *L* 8 res (1) proba (2) p (3) cognita *L* 10 libros (1) amb (2) abditus et anim (3) abditus *L* 11 paulatim *erg. L* 12f. noscendi (1) libros (a) , <-> (b) meliores, inventaria (2) autores ... rerum *L* 14 prosa (1) satisfacie (2) oratione *L* 14 satisfaciebam (1) mori (2) consuetudini *L* 14 scholasticae; (1) ut meminerim (2) nascentibus *L* 14 sponte *erg. L* 15 hexametros | (1) versus (2) in panegyri recitandos *erg. | L* 16 effusos, (1) sine elisione omnes, (2) probatos censoribus, (a) et sine omne elisione (b) non (c) et (3) sine *L* 16f. omnes, (1) quod (a) hoc verso in joco (b) hoc (c) per jocum in me recepissem serio comperi (2) dum quod (3) et veniam (4) veniamque ... receperam, (a) serio (aa) comp (bb) conor (b) puerili (aa) fateor <-> (bb) fatear ... conor. *L* 18f. jucunda (1) legebam, | (2) inspiciebam, *ers. | L* 19 aut certe (1) pro impetu (2) ut ferebat impetus *erg. L* 19 ut (1) logicae compend (2) logicam *L* 20 more (1) praelegi | (2) explanari *ers. | L* 20 audirem (1) . Tum res, quae (a) plerisque (b) multis no (c) voce praeceptoris (d) er (2) | , cujus tricas quas ante eminus horrueram, *erg. u. gestr. |* . Ego *L* 20 nunc *erg. L*

intelligere necesse fuit coepi mox novo mihi cogitandi genere capi; praesertim cum succederet saepe divinatio interrogante magistro. Ars ut vulgo traditur barbariem sapiens, quae plurimis nocere solet, mihi profuit, ut luxuria illa animi stylique legibus et methodo astringeretur. Sed quod potissimum fuit, venerari coepi vim veritatis, et consequentiarum ineluctabiles nexus  
 5 cum voluptate intuebar; saepe miratus, cur homines tanto invento et velut instrumento infallibilitatis tam parce uterentur. Sed et praedicamentis illis vulgaribus valde delectabar, praesertim apud eos autores qui multis subdivisionibus ad species varias progressi, velut quandam censum rerum universi peragebant. Itaque saepe cum condiscipulis quaerebam quo referendae essent oblatae forte notiones a summis generibus per differentias descendens; eaque ratione  
 10 fabricabam definitiones qualescunque, et tentabam ipse deinde partitiones quasdam, et cum nescio quem interpretem vidissem per dichotomias demonstrare aggressum non posse esse plures quam undecim illas vulgo nominatas morum virtutes, ego exemplo excitatus et affectuum numerum, aliaque id genus, usque ad nimiam curiositatem indagabam ut solet esse ea aetas intemperans quocunque se verterit. Itaque in mirificas quasdam meditationes pene  
 15 irridendae subtilitatis effusus, ferebar per illos nimium sapientiae inanes philosophiae, quos vocant cursus, eoque (quod multis doctrinae caput est) perveneram, ut barbaram scholasticorum linguam satis in potestate haberem. Sed ordo vitae, et vota meorum, et animus alii

2 interrogante (1) praeceptore | (2) magistro *ers.* | L 2 magistro. (1) Quod plurimis nocere solet mihi profuit; (2) Ars L 4 fuit, (1) mirabar ego (2) venerari coepi L 4 ineluctabiles (1) nexus; (a) sed praedicamentis illis (b) Sed (2) nexus L 6 uterentur. (1) Inprimis (2) Sed L 6 delectabar, (1) quae nescio (2) praesertim L 8 peragebant. (1) Ipsa (2) Itaque L 8 cum (1) disci (2) condiscipulis L 9 descendens (1) et (2) ; eaque ratione L 10–13 qualescunque (1) et subdivisiones quasdam et nunc virtutum nunc affectuum numerum, aliaque id genus usque ad vanam (a) con (b) curiositatem persequer, quod forte (aa) nescio quis interpretem (bb) vidissem (2) , et (a) ⟨ – ⟩ (b) tentabam ... nescio (aa) quis (bb) quem ... ego | exemplo excitatus *erg.* | et ... curiositatem (aaa) rimabar (bbb) indagabam ut L 14 verterit. (1) Sed illud accidebat percommode (2) Itaque L 15 subtilitatis (1) versus (2) effusus L 15 effusus, (1) ⟨ sat ⟩ (2) ⟨ de ⟩ (3) eo perveneram ut barbara scholasticorum lingua me (4) eo tamen me (5) ferebar L 15f. illos (1) philosophorum (2) qu (3) inanes nimium (a) Sophiae cursus (b) sapientiae |, quos vocant | philo *versehentlich nicht gestr.* | *erg.* | cursus (4) nimium ... cursus L 16 (quod ... est) *erg.* L 16 ut (1) me barbara scholastico (3) barbaram L 17 satis *erg.* L 17 haberem. (1) Sed (a) cursus vitae, et (aa) progr (bb) alia studia (cc) alia (b) progress (2) Sed L 17 et (1) gustata (2) animus L

11f. interpretem ... virtutes: vielleicht gemeint TH. ZWINGER, *Aristotelis Stagiritae de moribus ad Nicomachum libri decem: Tabulis perpetuis, quae Commentariorum loco esse queant, explicati et illustrati*, Basel [1562], S. 72–126. Vermittelt über Th. Zwinger findet sich die Form der Darstellung mit Tafeln bei verschiedenen Autoren wie J. C. HUNDESHAGEN, *Ethica, tabulis succinctis inclusa, annotatis atque quaestionibus selectoribus illustrata*, Jena 1674, S. 20 u. 25 (tab. III).

dudum imbutus et mobiles anni his scopulis diu adhaerescere non patiebantur. Interea tamen operae sumtae pretium postea accepi, si quid enim tractandum offerebatur, ut solent a juvenibus specimina dari ita enucleabam materias, ut praeceptores et amici quaererent, unde mihi omnia in mentem venissent, ego id deberi fatebar, curiosis partitionibus quibus ita constrin-  
 gebam cogitationes, ut rei potissima ordine repraesentarentur, nec quicquam majoris momenti  
 (quod scilicet dicere in potestate mea esset) temere elaboretur. Sed quod multo potius est jam  
 tunc natae sunt cogitationes quibus postea semper institi, de Analysis notionum, et quodam  
 humanarum cogitationum velut Alphabeto unde postea in progressu studiorum nostrae rati-  
 ocinationis perfectionem pendere deprehendi cujus meditationis hanc primam occasionem licet  
 puerilem venisse memini. Videbam dubitari a scriptoribus rectene praedicamenta ad logicam  
 referrentur, cum res ipsas tractarent. Ego vim objectionum ita intende-  
 bam: aut imperfectam fore logicam, aut alienis infartam; nam si praedicamenta id est coordinationes simplicium  
 terminorum logici juris essent; pari jure excogitari debere novum quoddam praedicamentorum  
 genus pro complexis quo scilicet ipsae propositiones sive veritates coordinarentur. Huic  
 objectioni cum nemo satisfaceret, ipso mecum cogitare coepi qualenam hoc genus coordina-  
 tionis futurum esset. Et facile judicabam, ita fore collocandas veritates, ut aliae ex aliis  
 derivantur, quem postea intellexi ordinem esse Mathematicorum. Intentius autem cogitans  
 videbam hoc obtineri constituto catalogo notionum simplicium primitivarum, quarum com-  
 binatione derivativae per varios compositionum gradus ordine nascerentur, praedicata autem  
 cujusque universalis subjecti affirmativa, cujusque classis omnia in praecedentibus classibus  
 simplicioribus contineri. Ita jam videbam non esse opus enumeratione veritatum, cum con-  
 stitutis quales figurabam classibus, id est Alphabeto Mentis, et syllabis, et consyllabationibus  
 magis magisque compositis, jam omnes veritates necessariae vi quadam et potestate inessent

1 et (I) per se mobilis (2) mobilis aetas (3) pro aetate mobilis (4) mobiles anni *erg. L* 1 diu (I)  
 haerere non patiebantur (2) adhaerescere *L* 1f. tamen (I) mirificum (2) insignis horum (3) insignes (4)  
 operae *L* 3 ita (I) exhauriebam | (2) enucleabam *ers. | L* 5 cogitationes, (I) ut ordine rei (2) ut *L*  
 6 dicere *erg. L* 6f. jam tunc *erg. L* 7 sunt (I) cogitationis quaedam (2) cogitationes (a) de (b)  
 quibus *L* 7 Analysis (I) cogitationum (2) notionum *L* 8f. unde ... studiorum (I) humanae | (2)  
 nostrae *ers. | ...* deprehendi *erg. L* 9 cujus (I) <s- (2) hanc meditationem (3) meditationis *L*  
 10 memini. (I) Forte objectionem (a) p (b) opponentis partis pro scolastico more (2) Videbam esse (3)  
 Videbam *L* 11 tractarent. (I) Dubitationis (2) Ego *L* 11 ita (I) augebam *versehentlich nicht gestr.*  
 | (2) intende-*bam ers. | L* 12 coordinationes (I) notionum (2) simplicium *L* 13 pari jure *erg. L*  
 14 complexis (I) id est (2) quo *L* 14 sive veritates *erg. L* 15 mecum (I) cogita(vi) quale (2)  
 cogitare coepi qualenam *L* 16 facile (I) intelligebam | (2) judicabam *ers. | L* 16 ut (I) ex se invicem  
 (2) aliae ex aliis *L* 17 derivantur, (I) quod (2) quem *L* 18f. combinatione (I) ordine (2)  
 derivativae *L* 19 gradus (I) consti (2) ordine *L* 20 affirmativa (I) <-s (2) aeternae veritatis (3)  
 cujusque *L* 23 jam *erg. L* 23 omnes (I) vi <- (2) vi ipsa ac potestate continerentur (3) veritates *L*  
 23 veritates (I) prop (2) veritates (3) necessariae *L* 23 inessent (I) solo combinandi labore acced (2)  
 sola *L*

sola combinatione velut synthesis educendae. Inquisitiones autem omnes quae ratione constant ipsa in Alphabetum resolutione absolvi deberent. Hanc velut ideam perfectionis Analyticae, etsi postea supra vires humanas esse agnoscerem, vidi tamen in eo nostros profectus constare, ut quoad licet ad hoc Analyseos genus accederemus, neque id solis, ut vulgo creditur, Mathematicis circumscribi.

1 velut synthesis *erg. L* 1 educendae. (1) An (2) Inquisitiones *L* 1f. constant (1) Analyti (2) videbam (3) A (4) sola in (5) ipsa *L* 2 Alphabetum (1) Analyti |(2) resolutione *ers. |L*  
 2 perfectionis (1) humanae |(2) Analyticae *ers. |L* 3 humanas *erg. L* 3 in (1) hac |(2) eo *ers. |L*  
 4 licet (1) accederemus (2) ad *L* 4 accederemus (1) nec (2) neque *L*